



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Fasti Mariani Cum Divorvm Elogiis In Singvlos Anni Dies
Distribvtis**

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1637

S. Joannes Silentarius. 13. Maii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44055

13. Maii.
ii.
e miles,
ertamen
c adver-
itit. Sed
o, cæle-
ciam ab-
antis filii
m tribu-
nter Ita-
quescen-
enis san-
as homi-
m nou-
potuere,
Omnia
genium
scissum
, quām
depre-
ederent
ere; bini
fauri in-
s officio
is spon-
magi-
sse, fed
ores. Ex
nitas
varian-
vertiginis
bus tam
frivoli

VITÆ SANCTORVM. 243
frivolis tamque fugacibus animum non avertat? S.
Pet.Dam.lib.7.ep.5.

S. JOANNES SILENTIARIUS. 13. Maii.

Dicitur idem jam esse Joannem & MARIAE amatorem. Certè talis ille fuit JOANNES, qui à taciturnitate nomen habet. Etenim magnarum opum hæres earum hæredem esse MARIAM vivus voluit, nobilissimo in ejus honorem templo extructo; ipse vitam cum aliis DEO DEIQUE MATRI devotam egit, tantâ animi integritate, ut nudum, quoad vixit, nunquam se aspicerit, vel hâc unâ sanè verecundiâ VIRGINI charus. Ad insulam subinde omnium votis præterquam suis vocatus, Hierosolymam abiit: ibi cùm stellam cruce insignem vidisset, audissetque vocem, quâ præuentem sequi jubebatur, memor quām bona dux Stellâ jam olim fuisset, extemplo in viam se dedit. Nec aberravit profectò, nam rectâ in cœnobium amplissimum venit, in eoque VII. annos; in spelæo deinde IX. alios silentio traduxit. Hinc egressus & viarum anfractibus implicitus, à Cælitibus eò iterum reportatus, & contra incursionses Saracenorum à leone est defensus. Tandem ad cœnobium reversus, & post multos annos ab Angelo proditus, Caryotam in petram abjecit. Et ecce continuò hæc simul radices simul germen agere, tum frondes totâ ædiculâ explicare, & post tertium denique diem fructum ferre. Abiit deinde JOANNES ex humanis anno M. LVIII. ætatis C.IX. vir qui vel tacendo meruit, ut omnis de illo ætas loquatur. Ex Metaphr.

Loquere sanè, si quid silentio melius & excellentius habes; at ubi silere prestat, quām loqui, silentio ac-

L 2

quiete.

quiesce. Nostri enim laudatum illud, ordinem labii constitueret, atque alia dicere, alia audire. S. Greg. Naz. S. Moder. in disp. servan.

S. PACHOMIUS ABB. 14. Maii.

Dabit Christianus adolescens vietas Stygi manus? cùm PACHOMIVS nondum Christianus dæmonibus fuerit formidini, ut præsente eo vocem mittere non sint ausi, obstupefacti in dolore ad nutum Numinis apertâ: cuius notitiam simul atque hausit, continuò carni bellum indixit, quam ut generosius sperneret, cælesti ambrosiâ, quâ Christo nomen dedit nocte, est pastus. Monasticæ Tyrocinio posito, jussus est divinitus cœtus cogere ex formulâ, quam exaratam ab Angelo accepit, erudiendos. Quos inter celeberrima Theodori est memoria, qui clarâ stirpe genitus, totâ in epulas effusâ domo, hâc cogitatione iectus est, mundi fabularum quâm tristis sit catastrophe, & cùm personatis gaudiis larva detrahitur, quâm non juverit ad tempus insanisse. Secutæ sunt lacrimæ, quas mater conata abstergere, ne fugâ quidem consilium filio eripere potuit. Quin adeo cùm diu perquisitum delitescere apud PACHOMIVM inaudisset, armata Episcoporum Epistolis irrupit in dicata sancto illius otio nemora, & ad suas admitti delicias propè cum convitio postulavit. PACHOMIVS, Theodoro copiâ facit salutandæ matris, quâ se ille usurum negavit, nî spopondisset PACHOMIVS, eum sibi congregatum olim fraudi non fore, quam in rem cautus senex fidē dare non sustinuit. Priusquam quieti se daret, fessa diurno labore membra sigillatim solabatur; quantillum enim supereffe jamjam in beatitatis rosa collocans?